

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CCCCXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295125](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295125)

## CCCCXXVII.

EPISTOLA SIXTI IV. P. M. AD EPISC. AUGUSTEN-  
SEM DE MIRACULIS BERNHARDI MARCH. BAD.

ANNO MCCCCLXXIX.

*Ex Tabulario Bada-Durlacensi.*

*Venerabili fratri Episcopo Augustensi & Dilecto filio Friderico de Salu-  
tiis Electo Carpentoratensi, Sixtus Papa Quartus, Venerabilis  
frater & dilecte fili, salutem & Apostolicam Benedictionem, Nuper, cum  
nos fide dignorum relationem accepissemus, Quod Divina Clementia multa  
ostendebat miracula, Ad tumulum & Imaginem Insignis memoriae Bernardi  
quondam Marchionis Badensis, Cujus corpus in Ecclesia collegiata Beatae  
Mariae Montiscalerit Thaurinensis Dyocesis requiescit Tunc Episcopo Ippor-  
regiensi, ac Dilecto filio Guillermino Catyae Canonico, per alias nostras lite-  
ras sub simili . . . . . forma commisimus, Ut de hujusmodi mi-  
raculis se diligenter informent & per Notarios autenticos & probatos qua  
comperissent, in scriptis redigi facerent & sub suo sigillo per fidam Nuntium  
ad nos transmitterent, Cum autem tunc Episcopus Ipporregiensi postea fuerit  
vita functus Ac ut . . . . . insinuatione nobis patefactum extitit,  
Praefatus Bernhardus Variis in locis Divina operante Clementia plerisque &  
diversis claret miraculis, Etiam vobis committimus, Quatenus vos, vel alter  
Vestrum censueritis atterendum, De eisdem miraculis Ubicunque illa cla-  
reant, vos accuratius Informetis, Et quicquid super eorum Veritate compe-*



*rieritis, per Notarios legales & fide Dignos in scriptis redigi faciatis, ac ea, clausa tamen sub vestro sigillo per nuntium fidum ad nos transmittere curetis, Per hoc tamen prohibere non Intendimus, quoniam Venerabilis frater Modernus Episcopus Ipporregiensis & præfatus Guillerminus etiam ad eorundem Miraculorum inquisitionem Ac litterarum hujusmodi ipsius directarum Executionem procedere valeant, Sic, tum quod alius, alium, qui in loco Inquisitionis ad eam faciendam pervenerit, Impedire possit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die Septima Augusti Millesimo Quatercentesimo Septuagesimo Nono, Pontificatus nostri anno Octavo. II. Griffus.*



CCCCXXVIII.

CHRISTOPHORUS ET ALBERTUS MARCHIONES  
BADENSES, DIVIDUNT, CONCILIANTE SAUSEN-  
BERGICO MARCHIONE RUDOLPHO, TERRAS  
A PATRE RELICTAS.

ANNO MCCCCLXXXII.

*Ex Tabulario Baderfi.*

Von Gottes Gnaden Wir CHRISTOPH Marggraf zu Baden &c. vnd Graue zu Spanheim, vnd Wir Albrecht von deselben Gnaden auch Marggraue zu Baden &c. gebrüdere, Bekennen vnd Thun kundt